

3512 aestate a. 1786 cum Didacus Noronte, legatus regis Lusitaniae apud pontificem, degeret Ciciliani, effossiones instituit, ut narrat MONTANARI, compluribus locis territorii eius oppidi, et praecipue a destra della via che porta a Subiaco e in vicinanza d' una fabbrica quasi del tutto diruta, che mostra per alcune pitture, delle quali ve ne resta qualche ombra, esser stati ne' secoli non molto da noi lontani una piccola chiesa, conservando anche il vocabolo; eo loco prodiisse tradit hanc inscriptionem.

A · FVRIO · A · F
CLEMENT · AEDILI
OPPIDANI

Caietanus Montanari in epistula nescio ad quem vel quando data, quam ipsam non vidi, vidi apographum eius (indicatum a Rossio) in cod. Vat. 9846.

3513 post relationem de effossione, ex qua prodiit n. 3512, ita pergit MONTANARI: e ciò basti quanto allo scavo fatto con maggior impegno: degli altri poi niente o poco si potè ottenere, di modo che il meglio fu un cippo alto palmi cinque e largo due e oncie quattro, in cui leggesi quanto siegue.

C E R V I A E F I L I A E
G V L A E · M A T R I
P I I S S I M A E
A · C E R V I O · A · F · A N I ·
5 P L E B E I O · F R A T R I
C · C E R V I V S · A · F · A N I
F L A C C V S · F E C I T

M · M I N E R V I N O
10 T · T R E B V L A N O · M V N I C I P
A L B A N O
/// T R I L I A E /// A R I N I
T R E B V L A N O M V N I C I P · F E R E N T I N
/// A N D I A E /// M A I O R I

Caietanus Montanari l. c.

Post v. 7 requiri vocabulum ET, sed non extare in lapide, vv. 9 seq. paullo aliter exaratos esse ac priores (qualche piccola diversità di caratteri) ait Montanarius; unde ipsi venisse in mentem, hanc partem postea additam esse (che i secondi siansi servito del cippo dei primi per eternarvi la memoria de' loro defonti). — 1—7 Cerviae Feliculae matri piissimae; A. Cervio A. f. Ani. Plebeio fratri; C. Cervius A. f. Ani. Flaccus fecit. Quae sequuntur, facere non possum quin existimem ficticia vel certe gravissime interpolata. Vereor ne Montanarius, qui ad n. 3512 questus erat propter nimiam elegantiam nomen oppidi desiderari (la molta eleganza di questa iscrizione ci toglie il piacere d' intendere il nome di questo oppido), huic desiderio satisfecerit addendo ad inscriptionem Cerviae Feliculae mantissam cum mentione municipiorum Trebulani Albani Ferentinensis. De Trebula tamen cf. ad n. 3492.

3514 fragmentum marmoreum. Gerano.

RORV
PIICY
RORVM
SEVERI
· FIL

Descripsit Hübner anno ut puto 1857.

Litura in v. 2 et nomen Severi v. 4 demonstrant, hoc fragmentum superesse ex magna inscriptione imperatoria. Vv. 4. 5 fuit fortasse [divi Severi [Pii nep., divi magni Antonini] fil.]; et in v. 1 et in v. 3 litterae ducunt ad [mater cast]rorum, ita ut possis conicere hunc titulum dedicatum fuisse matri et aviae aut Elagabali aut Alexandri.

XXVIII. Castelmadama.

Sequuntur tituli reperti Castelmadamae et in agro eius oppidi. — Oppidum quod nunc dicitur Castelmadama (ante medium saeculum XVI dicebatur Castrum S. Angeli) saeculo XVII nonnullis eius civibus placuit derivare ab Empulo antiqua urbe memorata semel tantum apud Livium 7, 18, 2 cf. infra p. 365, situs plane incerti, nisi quod non ita multum a Tibure eam afuisse adparet; — nimirum Empulum fuisse voluerunt sub Castelmadama ubi locus dicitur *Ampiglione*, eius autem incolas medio

aevo translatos esse Castelmadamam. Repetivit has nugae et sibi proprias fecit Kircherus Lat. p. 177—183, crediderunt multi, in his Nibby *analisi* 2 p. 5 seq., qui etiam moenia antiquissima Empuli sibi repperisse visus est (l. c. p. 10). — Tiburtinorum quin haec tota regio fuerit, vix potest dubitari; quamquam mirum est hic quoque tribum non reperiri Camiliam Tiburtinorum, sed Aniensem (n. 3519. 3521).

× **3515** tabula marmorea litteris optima aetatis Castelmadama in aedibus baronalibus muro impluvii inserta.

L · BAEBIO · L · F · SERG
BALBO · TRIB · MIL
LEG · VIII · ITEM · TRIB
MIL.

Recognovi. Memorat Sebastiani *viaggio a Tivoli* (1828) p. 345; exhibet Melchiorri in addendis ms. ad Kellermanni vigiles acceptam a P. H. Viscontio (inde huius Corp. vol. VI n. 3507); Petrus Rosa descripsit.

4 MIL Melch.

Contuli (38x86) dist. alb. 7; 6; 5
muse. inseda
4 non iam vidi

ph